Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et solutiua conueniencia sunt pille alefan-
gine, de yera simplici, de yera vigorata cum
agarico, et alia de quibus dicetur inferius
Et facta euacuatione fiat confortatio stomachi
cum rebus stipticis calidis Et cinamomum
et gariofoli, et confectiones ad calidum et
siccum moderate declinantes In hoc casu con-
uenit, Et cibi et potus similiter sint ad
calidum et stipticum moderate declinantes Ad
Si autem causa fluxus esset materia
melancolica in intestinis et in stomacho
contenta. Sit tua intencio prima, illam
educere, Et si est exuberantis quantitatis.
potes illam in principio minuere, et consequenter
digerere et postea illam eradicare digestiua per
Euacuatia melancolia
Digestiua conueniencia sunt dyasene.
et electuarium ad melancoliam est sene correc-
tum, pille de lapide lazuli, pillule de lapi-
de armeno, Digestiua conueniencia sunt
syrupus de thimo, syrupus de epithimo, sy-
rupus de fumo terre Et sint cibi, boni chimi
et bone digestionis Et potus sit vinum
odoriferum album, et confectiones calide cor-
diales, stomacho conferentes, Et euacua-
ta materia fiat statim confortatio. stomachi
et tunc stiptica applicentur, et ista est cura
regularis Sed cura coacta propter debilitatem
Cura coacta
virtutis aliquando oportet ante materie euacu-
acionem stiptica applicare, ne ex nimio